

gli Sclavi . Trovasi in due MSS. Svag. 113, e
1289 , del tenore seguente .

*Privilegium magni Alexandri Sclavis & linguae
eorum concessum , ex quodam libro græco antiquissi-
mo apud Constantinopolin reperto exaratum , in la-
tinum de verbo ad verbum translatum .*

*Nos Alexander Philippi regis Macedonum archos
monarchiaæ figuratus , Græcorum imperii inchoator ,
magni Jovis filius , per Nathanabum nuntiatus , alo-
cutor & Bragmanorum , & ab ostu solis usque ad
occasum , a meridie usque ad septentrionem .*

*Illustri prosapiaæ Sclavorum , & linguae eorum gra-
tiam , pacem atque salutem a nobis atque successo-
ribus nostris succendentibus nobis in gubernatione
mundi . Quoniam nobis adfuistis in fidem veraces ,
in armis strenui , nostri coadjutores bellicosi atque
robusti ; damus atque concedimus vobis libere & in
perpetuum totam plagam terræ ab aquilone usque
ad fines Italiæ meridionales , ut nullus audeat ibi
manere aut residere , aut se locare , nisi vestrates :
& si quis inventus alius fuerit manens , sit vester
servus , & posteri ejus sint servi vestrorum poste-
rorum . Datum in civitate nova nostræ fondacionis
Alexandria super magni Nili fluvio , anno duode-
cimo regnorum nostrorum , arridentibus magnis Diis
Jove , Marte , Plutone , & maxime dea Minerva .
Testes hujus rei sunt athleta Ill. Lochatecha (forse
Logotheta) noster , & alii undecim principes , quos
nobis sine prole decedentibus , relinquimus nostros
hæredes , ac totius Orbis .*

*Ego Julianus Baldassar Secretarius hoc privile-
gium Dalmatiæ in quadam bibliotheca antiquissima
reperi .*